Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



182

vobis et heredibus vestris — concedimus regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, Principatum Capuæ cum omnibus pertinentiis suis, ~~Italia quæ ultra Marsiam habere debetis~~ Neapolim, Salernum, Amalphiam ~~Ital~~ cum pertinentiis suis et alia quæ ultra Marsiam habere debetis, et regina tenimenta, quæ tenetis, a prædecessoribus vestris, hominibus sacrosancte Romanæ Ecclesiæ jure detenta, et contra omnes homines adjuuabimus honorificæ manutenere. etc.

Porro schema cognationis est hujusmodi:

Rogerius I Normannus Siciliæ primus Rex.

- Rogerius D. Apuliæ.
- Guillelmus I Rex ob. 1167.
  - Henricus
  - Rogerius II Rex ob.
  - Guillelmus II R. ob. 1187.
- Constantia Imperatrix.
  - Friderius II Imp. ob. 1250.
  - Conradus IV Rom. Siciliæ et Jerosolym. Rex ob. 1254. ux. Elisabetha Ottonis IV Bav. D. filia.
    - Conradinus Siciliæ et Jerosolymorum Rex ob. 1268.
- Tancredus bastardus ob. 1192.
  - Guillelmus Tyrannus.

28) ~~Dina Istumque~~ Diploma est apud Kundium Not. Salisb. t. III in Tegernsee. / In confirmatione testes sunt Heinricus Wirzburgensis Episcopus. Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Abbas de Salueld, Heroldus Abbas de S. Burckardo in Wirzburg, Berchtoldus Dux Meranie, Comes Albertus de Pogen --- alii quam plures. Acta sunt hæc, Anno Incarnationis Dominice M.C.XCIII. Indictione undecima, Regnante Domino Heinrico sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo Anno Regni ejus vicesimo tertio, Imperii vero tertio, Datum apud Wirzburgk, XV. Calend. Julij. ~~Jn~~ Ad hunc quoque annum referendum videtur diploma Henrici VI apud Kundium t. II in Ebersperg: quo hoc monasterium in regalem Abbatiam erexit; licet nota chronica mirum depravata ibi deprehendantur. Nam testes sunt Heinricus Wirzburgensis Episcopus, Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Abbas de Salueld, Eroldus Abbas de Weissenburg ⊕ B. (Bertholdus) Dux Meranie, Comes Al. (Albertus) de Pogen, Com. Fr. (Friderius) de Abinberch, B. (Bertholdus) de Henneneberg --- Acta sunt hæc Anno Incarnationis Dominice milesimo (Supplé centesimo) septuagesimo (corrige nonagesimo) tertio, Indictione sexta (corrige decima vel undecima) regnante Domino Henrico sexto, Rom. Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus XXIII, Imperii vero tertio. ⊕ ~~Hinc, quomodo et Trebichius et illi Lo~~

/ Ibi: Heinricus Dei Dei divina clementia Rom. Imper. et semper Augustus. --- Nos autem antiquorum Regum et Imperatorum institutionibus honorem deferentes, et justis precibus dilecti consanguinei nostri Marcoldij eiusdem Monasterii Abbatis (cratis Diepoldi de Bergensis et Gisela Andecensis Comitum filius, post Episcopus Bataviensis) facilem aditum indulgentes, quæcunque in eadem domo vitiosa consuetudo, aut iniqua exactio ex Advocatorum violentia vel aliorum hominum negligentia emersisse videtur, ex consensu Berchtoldi Ducis Meranie, qui nunc in præsentiarum Advocatus est, judicio atque sententia Principum penitus reprobauimus, specialiter pannum et aliorum rerum, quæ in Geghania Advocato fiebant, de cætero exigi et offerri prohibuimus. ---

⊕ Idem Imperator in Februario anni mille simi, centesimi, nonagesimi quarti Herbipolensi insigne privilegium contulit monasterio Waldsassensi ordinis Cisterciensis in Palatinatu superiore. In eo testes nominantur --- Leopoldus Austriæ, Bertholdus Dux Meranie, Jongelinus Not. Abbat. Cist. l. 3.

29) Chron. Admontense apud Kier. Pezium Script. rer. Austr. t. II, p. 132: MCXCIV / Heinricus Imperator apud Wormatiam curiam celebravit, et expeditionem transmarinam in auxi-

/ (legendum videtur MCXCV, ait Pezius)